Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput IIII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

cognomen à Francisco, quasi capite ad signa duxit prius. Verum hi denique effecerunt, ut novo nomine (: de quo mox dicemus :) assumpto vetus illud nimis magnificum deponerent nomen.

Goanum Collegium Societati paratur Cap. IIII.

Paulo ante Xaverij adventum mensibus, Goae pij quidam homines, auctore F. Jacobo Borbano rei Christianae augendae societate inter se inita (: ut supra ostendimus :) Indorum seminarium inchoarant. Idemque rerum usu docti consenserant, optimum factu esse, pueros adolescentulosque quam plurimos, omnium fere Indicarum nationum, Christianis morib. et literis imbui, ac deinde suam quemque domum remitti partim Sacerdotes, partim Interpretes futuros. Igitur communi consilio ad Ferdinandum Rodericum Quaestore Regium (: is tum, Stephano Gama Indiae Praetore absente, cuius loco Goae praeerat :) rem deferunt, ab eodem consilium et auxilium petentes. Ex eius ergo auctoritate Sodalitas instituitur his legibus, ut Goae ex omnibus ferme Indiae nationibus (: nominatim autem appellabantur Canarini, ad quos Goa ipsa pertinet, Cingalae, Malauares, Collabij, Bengalenses, Pegnani, Malacenses, Sinae, Abyssini :) pueri Christianis mysterijs ac praeceptis erudirentur, qui deinde Sacerdotum aut interpretum implerent vicem. Quod si qui ad neutrum munus essent idonei, alerentur tamen, quoad artem aliquam addiscerent. Et rei quidem familiaris procurationem penes

delectos

delectos à Sodalitate curatores; puerorum vero
inſtitutionem apud Franciſcanos eſſe placuit.
His rebus ita compertis, Quæſtor regius Præ
toris Indici & Regis Lusitani nomine ſtipendiũ
ex publico octingentorum aureorum, quo tam
clerici ſacerdotes fruebantur, quam Semi
nario attribuit, clericis quæ ad Dei cultum
divina providentia vertente. Id vectigal
deinde republicatum ob eodem, et ab Indiæ
Prætore et Regia authoritate firmatum:
ædes quoque cum templo ædificari cœptæ.
Collegio, quoniam ad Christianæ fidei propaga
tionem referebatur, à Sancta fide nomen eſt
inditum. Redituum iam et eleemosynarum tantu
rus erat, ut centum alumni ſuſtineri facilè
poſſent, alebantur tum sexaginta. Præerat
collegio P. Jacobus Borbanus, is qui eius autor
fuerat. Cæterum id collegium Societati JESV
divinitus erat deſtinatum: quod ipſemet Bor
banus, ex quo tempore Societatem noſſe cœpit,
lætus eventu non ſemel prædixit. Ille igitur
Xaverij egregia vitæ ratione perſpecta, ſtudioque
inſtituendæ teneræ ætatis valde probato, Se
minarij adminiſtrationem ultro ei detulit. Ille,

Seminarij adminiſtrationem recuſat.

utpote, qui diſſeminando Evangelio totam Indiam
peragrare in animo haberet, id oneris ſuſcipere
recuſavit. Inſtare primò acriter Jacobus; negotij
magnitudinem proponere, uberrimos fructus
portendere; Seminarium illud Sacerdotum atque
interpretum, Ethnicarum nationum ſubsidium, ma
ximum ad Religionem propagandam momentum
eſſe verus.

esse uocis laudibus memorauimus: Ubi nihil se
proficere animaduertit; cum ipsemet, tum per
Iohannem proditorem Indiae agere coepit, ut si
Xauerius eam curam suscipere ipse aut non pos-
set, aut nollet, ut alium saltem e socijs suis ma-
daret. Paulus & Mansillam socios Franciscus e
Mozambico praemiserat, alios item deinceps e
Lusitania expectabant. Itaque animo Collegij illius
amplitudinem atque usum eximium praestringente,
rem complexus, Paulum destinauit sui muneris
Vicarium: alumnorumque magistros e Societate
inde usque ab urbe Roma venerunt, haud minore
Praetoris quam Borbani voluntate. Inde reditibus
annuis regia liberalitate auctis, cum ad augendum
alumnorum numerum laxari tecta placuisset, Sola
Praetoris non auctoritas magis quam largitas
negotio fuit. Nouum templum, descriptaque domus
altera, eiusdem potissimum ope atque opera, breui
tempore absoluta fuit. Templum dicatum Apostolo
Paulo: inde Collegium S. Pauli appellatum. Ex
eo deinde homines e Societate nomen accepe-
runt. Nam cum id collegium postea, saluo Indo-
rum Seminario, Societati IESV ab Rege Lusi-
taniae attributum esset, Patribus in Indias et
Orientes destinatis instituendis; Patres cogno-
men traxerunt ex loco. Id hodie regia muni-
ficentia locupletatum bonis aedificijsque ornatum
est, egregium sane Lusitanorum Regum muni-
ficentiae monumentum, amplissimumque omnium
totius Sacerdotumque ad usum Indiae Orientisque
Seminarium, Conimbricensi Seminario in Goanum
ab Rege Lusitaniae uerso. Hic enim praeter
plurimos ex Indorum populis alumnos, qui

Goanum Collegium Societatis IESV

separatim

colunt a doctoribus adolescentes partim ibidem adsciti in Societatem IESV, partim a Lusitanis submissi, bonis artibus ac moribus instituuntur, donec satis idonei sint ad Indiae Orientisque gentes exemplis et sermonibus iuuandas. Hanc primam Societatis sedem diuina prouidentia constituit in India, priusquam ibi esset Societatis nomen auditum: eademque sedes parens est, et caput sedium caeterarum, quae deinceps in Oriente plurimae positae conditaeque. Caeterum ut ad ordinem rerum, unde nos opportunitas Goani Collegij per Xauerium pene auctaeque redeamus: Seminario, quod diximus, Societati assignato, nouum studium curamque Xauerio excolendi Deus attribuit.

Ad Comorinenses neophytos iuuandos proficiscitur

Caput. V.

Ora Piscaria

Dum prolapsam Goae Christianam disciplinam Xauerius restitueret, cum Comorini promontorij oraeque Piscariae incolae nuper ad Christi fidem adducti, desertique a Sacerdotibus, ingentem eius animo iniecere curam. Piscaria regio vicis magis quam urbibus frequens a piscatoribus quos Parauas vocant incolitur, margaritis non alia ora ditior, quocirca, ex margaritarum maxime piscatu, Piscaria nominata. Verum incolae, opum vernacularum expertes, in margaritis piscandis operas suas locabant Saracenis. Tutuchurinum oppidum est eius orae non ignobile, ubi leuis dictu res, grauissimi belli causa, et imminens genti clades, Christianae fidei occasio fuit. In iurgio Saraceni cuiusdam, ut est genus hominum impotens & contumeliosum, Parauae inaures huius gentis more perforatas detracto per contumeliam auriculo, lacerant: quod apud illos

Ex leuissima causa internecinum bellum.